

(qui omnis soni parens est,) diffingunt atque dissipant. In aere fieri cogita, quod fit in temetipso. Hic enim Spiritus, quorum feraces sunt pisa, fabæ, raphani ac rapæ, per inferius guttur illud & Nadir exeuntes, velocissimè dissiliunt, fragoremq; non sine Melancholicorum rubore, assistentium risu, edunt. Sit aliud exemplum. Castanea igni approximata, cū bombo crepituque exsilit. Atomi namque igneæ in castaneam se induentes, solvunt ligatos inibidem Spiritus, atque exturbant.

§. II. *Stridens* fit, cūm non uno simul ac semel ictu nubes disploditur, sed ubi exhalatio successivè facta, per partes erumpit pedetentim. Pedetentim igitur moyebitur & aer. Hinc continuatus ille Tonitru stridor. Hoc cum minore coniunctum est periculo. Exempla hujus præbere potest pannus, vehementer & continuè in frusta laceratus, aut linteum agillimè disceptum. *Tumultuans*, quod & *murmurans* nuncupatur, fit, cūm exhalatione copiosiori spiritus in nube amplâ & quodammodo cavâ ludunt atq; ve grassantur. Hocterribile est, & auditu & eventu. Exemplum si petis, scito, non secùs ac ex amphorâ ventre ampio præditâ, vox auditur terribilis; vel, sicut, cum pueri spiritum inflant dolio, sonus tam horrendus excitatur, ut prætereuntes mirum quantum treuantur.

§. III. Et quanquam omnes sonorum istiusmodi modificationes, ad hæc tria recensita genera, referri facile quænt; juvabit tamen melioris informationis causâ, quædam specialiora, quorum memineram<sup>9</sup>, alibi, in, de *Terra motu*, disp. huc adferre. Sonus etenim, nunc gravis, nunc acutus, nunc gemebundus, nunc fremebundus, nunc varius, nunc terribilis prorsus. *Gnvis*, cūm per meatûs amplos, spiritus tumultuantur & grassantur. *Acutus*, si sint subtiliores, claustra itē angustiora & oblongiora. *Raucus*, ex humidis, ac uidis ubi evagantur antris. Sic instrumentū Musicū, quò siccius, hoc clariorē: quò humidius, hoc mage raucum parit sonum. *Gemebundus*, ubi tremulo in ore modoq; ve, per anfractuosa foramina exhalant, subsilientes quasi atq; ve resultantes. *Fremebundus*, si spiri-

tus